

Petrus Schottus ad Bohuslaum de Hassen-  
stein Comitem Bohemum.

Me generosa tuæ Comes inclyte; stemata mētī:  
Parere impellunt; cunctaq; iussa sequi.

Et quia nūc animo numeros tibi noscere claros  
Voluitur; ac penitus versibus inuigilas;

Ecce pugillarē nuper tibi misimus; in quo  
Nomina cuncta pedum cōspiceres; quę loca

Quelibet; ac metro sit sillaba quanta locanda.

Qui licet exiguus sit; tamen utilis est.

Plurima quę (ut fama ē) tibi sūt incognita nobis  
Scripta; quibus rogo nos effice participes.

Et tunc nostra tuū vox tollet in æthera nomen;

Te quoq; magnificum secula longa scient.

Petrus Schottus ad Georium Erlebachium  
Ratisponam euntem.

Tene igitur paciar tanto me linquere cursu;

Quo mihi vix veniens dulcis amice aberis;

Quo simul optatum vix cepti munus amoris

Rumpitur; ut mores non recolam vsq; tuos;

Num facius fuerat nullo tibi foedere iungi;

Quam modo amicitijs abstinuisse tuis;

Nam ne vlla Alciden coluit Peancius heros

Credulitate stata; qua mihi non fueris.

Nō adeo Pilades furibūdū obseruat Horestem;

Fidius aut Theseum Perithous sociat.

Carior Aeneę bonus haud comitatur Achates;

Non animo maior Nisus in Eurialum;

In te quā fuerim; liceat si visere amœnos

Tempore conspectus vltiore tuos.

At quāq; subitos nulla est concessa facultas;

Tardare abscessus aut retinere moras;

Non minus ipse tamen summi retinebo fauoris

Officia; & firmus corde sedebit amor.